



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

LXIII. Andreas, Abt, und das Kloster Paradies verkaufen das Dorf Kernein der Stadt Neu-Landsberg, wofür sie Goscar bei Krossen dem Stifte wieder erworben haben, am 6. Juni 1385.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

Richte vnde Niderste, alze vor begrepen ifs, scholen bruken, hebben vnde besitten Vredeliken vnd Roueliken met aller Vriheit vnd eighengheit, Keyns uthghenomen, also dat myn here Markgrauē Sighemund vnde syne Nakomelinghe an deme Ouersten Richte ghantz, an dem virdendeel des Nidersten Richtes vnde an der anwähringhe der andern driër virdendeel der Stat Nigen Landesberghe nictes nicht rechtēs oder eighens beholden. Hir ifs ouer gheweset herr Nicolaus Murmeister, ein Parrer thu Landesberghe, Peter Spit, henning Sak, Beteke von der Borne vnde viel mer Bederver Lüde. Thu gröterer Bekantnūse vnd Orkunde hebbe Ik Arend von der Ost vorbenomet myn Inghezeghel met willen vnd wilschap an delsen bref Laten henghen, gescreven thu Nigen Landesberghe, na Gades Bort drütteyn hundert Jar, darna in deme Vir vnde Achtentigheften Jare, Mondaghes na Sünthe Johannes Evangelisten Daghe.

Aus der Gumbling'schen Urkunden-Sammlung Mspt. III, 3. S. 245.

LXIII. Andreas, Abt, und das Kloster Paradies verkaufen das Dorf Kernin der Stadt Neu-Landsberg, wofür sie Goskar bei Kroffen dem Stifte wieder erworben haben, am 6. Juni 1385.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis Amen. Ne actiones humane a nonnullis Successoribus immutentur, sed magis vigorem perpetuitatis obtineant, expedit eas scripturis autenticis ac personarum idonearum testimoniis perennari. Hinc est, quod nos frater Andreas, Abbas Monasterii in Paradiso, ordinis Cisterciensis, Posnaniensis Diocesis, recognoscimus publice subscriptis, notum fore cupientes vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentia auditoris vel visuris, Quod cum dictum Monasterium nostrum, Paradies vulgariter nuncupatum, quandam villam nomine Kernin, in dicta diocesi Posnaniensi sitam, haberet, ipsi Monasterio minus vtilem, respectu ville Goskar, que ipsi Monasterio redditibus, commodis et utilitatibus ac aliis emolumentis longe fructuosior est et utilior, prout hec omnia adeo publica sunt et notiora, quod inficiationum locus nullus existit, quam quidem villam videlicet Gotskar prope opidum Crosne in diocesi Wratislaviensi locatam, Nos dictus Andreas, Abbas monasterii predicti, ipsi nostro Monasterio ac nomine et ad utilitatem ipsius et profectum locum dictum ville Kernin iusto commutationis seu permutationis titulo, prout liquet subscriptis, pro trecentis et decem sexagenis grossorum Pragensium a nobilibus et famosis Viris Domino Fridehelmo et Hentzkone, fratribus, dictis de Wefenburgk, dinoscimur comparasse; Sed quia nos Andreas, Abbas predictus Monasterii predicti, de et super dicta commutatione seu permutatione facienda anterogato, requisito et habito consilio plenoque consensu Venerabilis in Christo patris ac Domini, Domini Henrici, Abbatis Monasterii in Lenyn, Visitatoris nostri ejusdem ordinis Brandenburgensis Diocesis, Nec non premissis et prehabito tractatu solenni et diligenti, omnibus fratribus et Monachis nostris ob hoc specialiter convocatis et in Capitulo congregatis, videlicet Hermanno Priore, Nicolao Suppriere, Luca Cellerario, Matthia Cantore ceterisque fratribus Conventualibus expresse consentientibus, prout de hoc patet per publicum instrumentum manu Arndes Lorentdorp, publici Notarii, conscriptum, Nostro Nostro-

rumque Succellorum nomine ac vice et nomine prefati nostri Monasterii sponte et libere vendidimus et in his scriptis vendimus honorabilibus et discretis viris Michaeli Lunenburg, Petro Brisman, Henningo Casleuentorp, Henningo Krüger, Johanni Glumen et Henrico Schmiter, Consulibus et Juratis Oppidi nove Landsbergk Caminenfis Diocesis, suis suorumque omnium Succellorum ac totius Vniuersitatis et ipsius oppidi vice et nomine ementibus dictam Villam Kernin cum omni jure et dominio, Jurisdictione superiori et inferiori et proprietate et singulis graniciis circumuentialiter distinctis, nec non cum omnium pertinentiarum et attinentiarum generibus et speciebus, videlicet lingnis, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, paludibus, piscationibus, mellificiis, Venationibus, cum omnibus et singulis Ufufuctibus, redditibus, proventibus et utilitatibus vniuersis, prout nos ab antiquis temporibus habuimus et possedimus, libere, pacifice et quiete absque omni impeditioe, impugnatione, aduersitate perpetualiter iure hereditario sine omni seruitio possidendam pro Trecentis Sexagenis grossorum Pragenfium Polonici pagamenti numerata pecunia ab eisdem Consulibus datis et etiam numeratis in presentia Domini nostri Vifitatoris de Lenyn integraliter perfolutis nomine nostro ac nomine predicti Monasterii predictis famosis viris Friedehelmo et Heintzkoni, fratribus, dictis de Wefenborgk, a quibus villam Gostgar emimus predictam. Nihilque juris nobis vel nostris Succelloribus aut supra dicto nostro Monasterio in predicta Villa Kernyn et eius pertinentiis reservamus, relinquendo et resignando vniuersum jus omnemque proprietatem, quam nos habuimus ad eandem ipsamque Villam ac eius attinentias, nec non et singula supradicti eis et eorum succelloribus ab omni homine et Vniuersitate legitime defendere, authorifare et disbrigare promittimus, in quantum in nobis et nostris succelloribus consistit. Verum tamen hoc adjicimus obseruandum, quod quicumque et quotiescunque novus Abbas in sepe dicto nostro Monasterio electus et confirmatus fuerit et possessionem pacificam habuerit, et cum hoc ad notitiam Consulium dicti oppidi nove Landspergk cum nuncio et litera novi electi Abbatis pervenerit, Duo de Consulibus super hoc sufficiens mandatum habentes infra annum et diem, dum tamen Principum vel eorum Officialium guerre vel Abbatis absentia seu alia legitima causa impedimento non existant, memoratum Dominum Abbatem in ipsius Monasterio, si eum propius habere non potuerint, debebunt adire eique decenter et humiliter exhibere, recognoscendo videlicet, se suosque conscios eorumque oppidum Landsbergk predictam Villam Kernyn ab ipso Domino Abbate tanquam eorum Domino habere, tenere et possidere in feudum, petendo nihilominus et postulando ipsius ad hoc gratiam et favorem. Quam quidem Villam ex tunc predictus petitus Abbas, omni conditione cessante et excusatione remota, sine cujusque exactione muneris predictis Consulibus conferre tenetur, nihilque mandati, nihil juris, nihil petitionis pecuniarie, nihil seruitii privati vel communis aut cujuscunque dictus petitus Abbas sibi vel suis Succelloribus aut suo Monasterio predicto Paradys super Consules aut cives dicti Oppidi nove Landspergk nomine dicte Ville Kernyn reservare poterit aut debebit. Literasque super predictam Emptionem, venditionem et commutationem seu permutationem prius confectas suis sui que Conventus literis recognoscitoriis confirmare debet et tenere. Quam siquidem villam nos Andreas, Abbas supradictus, nomine Monasterii nostri predicti supra dictis Consulibus nove Landsbergk oppidi nomine presentibus infeudamus, incorporamus, appropriamus ac conferimus damusque ejus faciendi, dimittendi, quodcunque eis placuerit, prout nos hucusque fecimus, in supradicta villa Kernyn plenariam potestatem. Quod si predictus Abbas de nouo electus predictis Consulibus conferre recuset, tunc predicti Consules et Civitates oppidi nove Landspergk predictam villam seu possessionem ab illo domino Abbate de nouo electo in feudum petere et recipere non tenentur, sed libere et pacifice absque omni conditione debent possidere. Ceterum

si Abbas secundus immediate sequens recufaret ipfis Consulibus predictam Villam, videlicet Kernyn, infeudare, non obstante aliquo jure Canonico vel legali, prefens privilegium in suo vigore debet permanere. Et si tertius, quartus, quintus, sextus et sic deinceps in infinitum numerando Abbas predictam Villam Kernyn predictis Consulibus Oppidi nove Landisbergk nollent infeudare, predicti Consules et Civitatenfes a predicto privilegio non debent esse alieni, sed in predicta Villa debent habere potestatem agendi, faciendi, dimittendi et uti privilegio ipforum, ac si a predictis Abbatibus seu a quolibet ipforum predictis Consulibus nomine oppidi nove Landisbergk effet infeudata, non obstantibus Constitutionibus, institutionibus, prescriptionibus quibuscunque. Recognoscetes, quod Curtem vel Curiam, que vulgariter Monchenhoff olim vocabatur, predicti nove Landisbergk Consulibus pro octuaginta sexagenis grossorum Pragensium, dudum nobis integraliter perfolutis, rite et rationabiliter vendidimus ipforum vsui, prout eis melius videbitur expedire, penitus coaptandam. Ceterum vero literas super metas antiquas huc usque legitime possederunt, de quibus etiam annuatim in festo Martini Episcopi et Confessoris predicti oppidi nove Landsbergk Consules duodecim talenta piperis predicto nostro Monasterio in dicto eodem oppido dare et solvere tenebuntur, virtute et vigore presentium ratas, gratas atque firmas in omnibus eorum punctis, articulis suis et clausulis tenere firmiter volumus et habere. Etiam, si opus fuerit, dictas literas de novo ipfis Consulibus ministrare, promittentes nihilominus pro nobis nostrisque successoribus ac vice ac nomine nostri dicti Monasterii supradictis Consulibus et eorum Successoribus, quod omnes discordie, guerre, lites et emulationes, que inter nos et predictos Consules et Civitatem nove Landsbergk et singulos Cives et opidanos predictę civitatis longis temporibus fuerunt, primo ex parte dominorum dictorum de Wedel et singulariter Titze de Wedel, qui in bonis et villis nostris spolia commiserunt, Item de incendio Ecclesie et Curie, quod in villa Kernyn fuit commissum, cetera singula alia, quecunque sunt vel fuerunt inter Monasterium nostrum et predictos Consules et cives oppidi nove Landsbergk inter festum nativitatis Christi, anno dominice Incarnationis M. CCC. LXXXIII. debent cum ipsa emtione, venditione et commutatione seu permutatione nunc et in perpetuum cassata esse et sopita. Renunciantes in premissis nostro nostrorumque successorum et ipsius Monasterii nostri nomine, omni exceptioni, actioni et liti iuris Canonici et Civilis et ordinis privilegiis, que contra premissa seu aliquid premissorum possent nobis in aliquo suffragari. In testimonium omnium premissorum sigillum dicti Domini Henrici, Abbatis de Lenyn, una cum nostre Abbacie et Conventus nostri Cenobii sigillis presentibus filis sericis est appensum. Datum et actum in nostro Monasterio predicto, Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXXXV<sup>o</sup>., mensis Junii die sexto, presentibus Venerabilibus in Christo patribus ac dominis, domino Nicolao, Abbate Monasterii Zambritz ordinis Cisterciensis Diocesis Posnaniensis, et domino Henningo, Abbate Monasterii Himmeltede ejusdem ordinis in Diocesi Caminensi, Domino Nicolao, Plebano Ville Ofchitz Vicarioque perpetuo in ecclesia S. Georgii prope pontem Nove Landsbergk in Diocesi Posnaniensi, Domino Andrea, Vicario perpetuo in Ecclesia Parochiali infra muros nove Landsbergk in Diocesi Caminensi, et ceteris quam pluribus fide dignis pro testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Frater Hermannus, Prior Monasterii predicti Paradys, recognosco, me tractatui, de quo supra fit mentio, interfuisse meque commutationi supradicte expresse consensisse meque propria manu in premissorum testimonium subscripsisse.

Et ego Frater Nicolaus, Supprior Monasterii predicti Paradys, recognosco, me tractatui, de quo supra fit mentio etc.

Et ego Frater Lucas, Cellerarius Monasterii predicti Paradys, recognosco etc.

Et ego Frater Matthias, Cantor Monasterii predicti Paradys, recognosco etc.  
Et etiam recognosco totum Conventum in premissis consensisse.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. XXVI.

LXIV. Der Rath zu Frankfurt bezeugt die dem Abte des Klosters Paradies von dem Rathe Neu-Landsbergs geleistete Zahlung für das Dorf Kernein, am 25. Juni 1386.

Wir Rhatmanne tzu Franckfort bekennen in diesem offenen brieffe, das in vnser Kegegenwertigkeit in Peter Rakowes huse die ehrwürdigen Hern, Her Andreas, Abt des Closters Paradiets, vnd Her Herman, prior deselben Closters, vnd die Rhatmanne von newen Landesbergk Henning Krüger, Claus Gorstlebe vnd Tyde Rasch, vnd haben betzalt den obgenanten Hern, Her Andreas, Abte tzu dem Paradiets, vnd Her Hermann, Prior dafelbst, anderhalb hundert schock Groschen vmb das Dorff Kernyn, vnd haben das gehört, das die vorgeante Hern, Her Andreas, Abt tzu den Paradiets, vnd Her Hermann, prior, den Rhatmannen von Newen Landesbergk Henning Krüger vnd Claus Gorstleben vnd Tyde Raschen, in vnser Kegegenwertigkeit haben gedanket, das sie die Rhatmanne von newen Landesbergk gülich vnd tzur Genüge betzaltet haben der ersten betzalung vnd der lezten, vnd haben sie ledigk vnd loos gelafsen allerlei Manunge vnd sollen von ihnen vnd von ihren Nachkomlinghen nu vnd ewiglich nimmer mehr ghemanet werden. Das wir das gesehen vnd gehoret haben, tzu Vrkunde haben wir vorgeante Rhatmanne vnser Insigel an diesen brief ghehangen, der gegeben ist nach Gottes gebort dreitzeihen hundert jar vnd in sechs vnd achtzigsten jare, an dem negsten Montage Petri vnd Pauli der heiligen zwölf Boten.

Aus dem Landsberger Copialbuche No. XXVII.

LXV. Markgraf Johann vereignet dem Kloster Himmelstätt einen Sumpf zur Umwandlung in Wiesen, am 9. Januar 1389.

Iohannes, dei gratia Marchio Brandenburgensis et Lusacie et Dux Gorlicensis, notum facimus tenore presentium uniuersis, quod accedens presentiam nostram honorabilis et religiosus Abbas monasterii in Loco Celi ordinis Cystericiensis Caminensis Diocelis, deuotus noster dilectus, cum humili precum instantia supplicauit, quatenus quandam paludem, que incipit ab illo loco, qui vulgariter Crummenfurt nuncupatur et extendit se prope rivum, qui vocatur Clodow vulgariter, ascendendo usque ad stagnum, vulgariter nuncupatum Tüfelsee, sibi, conuentui et mo-